



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 129. Florimundi Puteani extremum supplicium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. *hoc folio confirmet te Deus* salutabat, mox
A. C. 1610. secuto Procerum, totiusque populi ap-
 plausu. Dein Rex in signum Gallicæ
 libertatis ex cavea inclusas aviculas di-
 misit, Sacroque solempni, deposito dia-
 demate assistens, Christi Domini Corpus,
 ejusque Sanguinem sub utraque specie
 suscepit, ac demum inclinata in vespe-
 ram die eadem comitantium pompa in
 Regiam reversus est, ubi lineo indulto,
 ac tunica ex Sacri chrismatis contactu
 sacrata exutus, altera die in Equitum
 Ordinem unacum Condæo Principe per
 Cardinalem adscribitur, hunc favorem
 Joyosa lubenter præfato Principi ce-
 dente. Postea Rex, ad Sancti Marculfi
 ædem deductus, explorato a Medicis
 morbo, ne quis rei Sacræ illudens stru-
 mam mentiretur, hac peste laborantes
 tangit. Demum exactis Sacris Lu-
 tetiam venit.

§. CXXIX.

*Florimundi Puteani extremum
supplicium.*

*Gramond.
l. I. Hist.
Franc.*

Turbabatur nonnihil publica hæc ac
 communis lætitia Florimundi No-
 bilis Galli ambitione ac protervia. Hic
 enim gente Puteanus, ac Vattani Dy-
 nastæ in Salinas hucusque incognitas
 aliquot abhinc annis infausta prosperi-
 tate

Sæc. XVII.
A. C. 1610.

tate inciderat. Nemini autem in Gallis præter Regem Salis vendendi potestas conceditur, salisque mercatum duntaxat illi, qui hoc jus a Rege redemerunt, penso annuo vectigali exercere permittuntur, quamvis furtive nonnulli, præcipue quibus in Galliæ finibus fiduciarie fundorum possessiones sunt, non raro sale[m] vendere tentent, per hos igitur Florimundus suum duntaxat sale[m] distrahi, atque a Regiis Redemptoribus nullum amplius emi voluit, atque emere dubitantes imperiis, quin & armis & verberibus adegit, tametsi terna dehortatione Ministri Regii eum increpassent, ac ni cæpto desisteret, vim se ostensuros minitarentur. Hic vero nihilosecius persistere præfracte, paullatimque non jam Dynastam se, sed plane pro Rege, ferre, & pro libitu quævis agere cæperat. Cum ergo nec leges, nec minæ adversus eum valerent, Rex cum præsidaria cohorte valida Solæum contra hunc contumacem emisit, qui etiam Vattanam urbem inopino impetu invasit, nulloque negotio cepit, arcemque firmiorem quidem sed nullo ferme præsidio munitam prius occupavit, quam advenisse credebatur: Capitur ibi Florimundus conscientia perperam actorum gravius quam virium diffidentia trepidus, injectisque catenis

Lute-

Sæc. XVII. Lutetiam Parisiorum abducitur, ac
A. C. 1610. paulopost de Regii Senatus sententia
 capite damnatur, læsæque Majestatis
 reus non modo plectitur, sed & truncus
 in ardentem rogam injicitur, caputque
 palo suffixum Vattanzæ exponitur, bonis
 fisco adscriptis, postea tamen a clementissimo
 Rege ultro inter Rei Cognatos distributis.
 Sic inopinæ Divitiæ Florimundo ultima mendicitas,
 & infamis ruina exstiterè.

§. CXXX.

*Dissertatio Baronii de Sicula Monarchia
 Hispani Regis jussu prescripta.*

*Ferreiras
 cont. Hisp.
 art. 2. p. 177.
 tom. II.
 Grammont.
 l. c. Abregé
 de l'hist.
 Eccl. tom. 3.
 Du Pin de-
 fens. de la
 Monarch.
 de Sicil.*

Hæc dum in Galliis agebantur, Philippus III. Hispaniæ Rex adversus membrana Baronii Cardinalis pugnare cæperat: Hic enim in undecimo Annalium suorum tomo Hispaniæ Regibus nequaquam prærogativas Rogerio Siciliae Comiti ab Urbano II. concessas competere assererat: Erant autem hæc tres, ut nullus Pontifex Legatum in Siciliam invito Duce ablegare possit. II. Plenam legati potestatem circa jurisdictionem Papa concedat eidem. III. Nullus Episcopus aut alia Persona Ecclesiastica sine Ducis consensu e Regno evocetur: cum vero ætate Nicolai II. jam antea Comites